

appellatione cogatis veritati testimonium perhibere. Quodsi non omnes his exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nihilominus exequantur. Datum Lugduni VIII. Kal. Julii pontificatus nostri anno quinto.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden mit dem Bleisiegel an hänfener Schnur.

No. 404. 1248.

*Der Probst, Prior und Schatzmeister des Thomasklosters zu Leipzig fordern unter abschriftlicher Beifügung des vorstehenden Breve's den Abt zu Altzelle auf am 12. Nov. in der Nicolaikirche zu Leipzig vor ihnen zu erscheinen.*

Reverendo in Cristo domino abbati Cellensi praepositus, prior et thesaurarius ecclesiae sancti Thomae in Lipzka devotum cum orationibus obsequium. Litteras summi pontificis recepimus in haec verba: Innocentius episcopus — No. 403 — pontificatus nostri anno quinto. Cum igitur mandatis apostolicis nos oporteat obedire, auctoritate qua fungimur vobis mandamus, quatinus per vos vel per responsalem idoneum ad nostram veniatis praesentiam supradictarum abbatissae et conventus querimoniis responsuri, locum vobis Lipzka in ecclesia sancti Nicolai, diem vero proximam post Martini nunc venturam ut parcamus partium laboribus et expensis peremptorium praefigentes, scituri quodsi ut praediximus non veneritis, quod iustum fuerit faciemus.

Nach dem Orig. wie No. 403, mit 2 Siegeln an Pergamentstreifen.

No. 405. 1249. 20. Febr.

*P. Innocenz IV. nimmt das Kloster zum h. Kreuz und dessen Besitzungen in seinen Schutz.*

Innocentius episcopus servus servorum dei dilectis in Cristo filiabus . . abbatissae ac conventui monasterii sanctae Crucis de Valle sanctae Crucis ordinis sancti Benedicti Misnensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Sacrosancta Romana ecclesia devotos et humiles filios ex assuetae pietatis officio propensius diligere consuevit et ne pravorum hominum molestiis agitentur, eos tamquam pia mater suae protectionis munimine confovere. Eapropter — vgl. No. 402 — communimus. Nulli ergo omnino hominum etc. Si quis autem etc. Datum Lugduni X. Kal. Martii pontificatus nostri anno sexto.

Jac. Sen.

Nach dem Orig. wie No. 403 mit dem Bleisiegel an Fäden von rother und gelber Seide.